

P. Karl Meichelbecks Briefe

2. Teil

Von Albert Siegmund OSB, Scheyern

Vorbemerkung: In der Einführung zum ersten Teil der Briefausgabe (SM 80 (1969), 105 ff.) war die Rede von 83 Briefen; inzwischen ist die Sammlung auf 114 Stücke angewachsen, so daß noch ein 3. Teil folgen wird. Weggelassen wurden jetzt für gewöhnlich die Einleitungs- und Schlußformeln; sie sind ja in ihren typischen Formen aus dem vorausgehenden 1. Teil zu ersehen.

Nr. 34

M. berichtet Pez über Kempten und seine pseudonyme Schrift zugunsten des dortigen Fürstabtes Rupert Bodmann; die Gerhoh-Hss kann Pez von BB bekommen und eine Ausgabe machen.

BB 7. Mai 1719¹

an P. Pez

Melk f. 708/9 XIII

D II (f. 353) 9. 5.: Scribo ... P. Bernardo Pezio ... et mitto exemplaria meae Relationis

Quam hisce meis literis Relationem adiungo facta est a me opere vere tumultuario cum nuperrime altera vice evocatus essem Campidonam². Noli autem palam exprimere nomen meum, ne viderer me ingessisse in hoc negotium aut de eius disquisitione mihi commissa mihi gratulari. Vocavi me Georgium a S. Carolo, quia ante professionem Religiosam vocabar Georgius³, deinceps S. Caroli nomen assumere iussus. Sub Anastasii nomine poteris intelligere Abbatem nostri Monasterii sub patrocinio S. Anastasiae constituti: Lacus Vallensis est lacus noster Wahlensee, cui sacellum S. Jacobi adjacet. caetera hoc negotium concernentia patebunt saltem superficialiter ex ipsa Relatione, cuius plura exemplaria Romam, aliqua Viennam, alia in alias Urbes et provincias fuere missa. utinam haec lucubratiuncula ex confuso chao actorum a me volente Celsissimo⁴ in castro Wageck⁵ /: olim Bogeck :/ intra pauculos dies traducta aliquid lucis et tranquillitatis afferat rebus et turbis Campidonensibus!

Ob nuper transmissas epistolas debitorem me tibi fecisti. Gerhohi opus⁶ si in manibus haberes, gratularer tibi mihi que. at nostri difficillime hunc thesaurum dimittent in locum adeo dissitum non sine periculo amissionis. candide tibi fateor, quod ipsemet re bene considerata constituerim opus illud edere multis ex causis. sed quia tot me extravagantes curae et labores premunt, de editione tam cito facienda plane despero. Vicini Raittenbuchenses⁷ instantissimis precibus illud sibi deposcunt a quodam suorum exscribendum. quibus tamen hactenus concessio facta non est: et ego nuper /: Cal. huius mensis Maij :/ spem illis feci, quod forte brevi illud sim commissurus luci publicae. quid nunc consilii suggeris?

Cappucinus⁸ qui extra ordinem est a Confessionibus Celsissimi Principis Campidonensis et olim magnam a te humanitatem expertus est Mel-

licii, voluit tibi impense commendari. Princeps ille gravia patitur a quibusdam Suorum, dignissimus profecto, cuius partes etiam tu foveas in Aula Viennensi, si qua via aut ratione potueris. pudet pigetque vel recordari eorum quae Campidonae legendo sum expertus. interea /: fatebor enim /: ex meo opusculo non modicum cepit solatium Princeps. ego Romam calamo hoc meo longe clarius scripsi quam in typis, ubi aliquando aliqua debent taceri, ne videantur fuisse possibilia. Dominus det Campidonae et nobis omnibus suam pacem! commendo me tibi Virorum amicissime in omnia Sancta. P. Carolus

PS! Ecce! loquor cum meo Rmo. Is nuntiari tibi iubet ut circumspicias de occasione segura transferendi Codicem notum ad Te. habebis illum certe. ego hoc tempore talem occasionem non scio. noster ille institor Hueber nunc est Viennae, nec scio quando sit rediturus.

Benedictbeuren 7. Mai 1719

- 1) Dieses Datum ist doch sicher authentischer als das im Diarium genannte; es könnte freilich sein, daß der Brief erst am 9. 5. abgeschickt wurde mit einer Reihe anderer cf Nr. 35.
- 2) cf Nr. 7. A 7. In der leidigen Koadiutorfrage hatte der Fürstabt Rupert Bodmann schon früher bei Meichelbeck sich Rat erholt (die 1. Reise dorthin war bereits 28. 9. — 4. 10. 1700 erfolgt cf SM 80, 98). Nach dem Nucleus: 1719 mense Martio vocor Campidonam a Principe loci, qui mihi summam humanitatem. Post 4 septimanas redux domum, statim iterum vocor: et deinceps Wagekkij scribo pro Principe, illustrando acta quae erant in maxima confusione. Princeps se fatetur obligatissimum et me donat egregiis munusculis. Deus det felicem effectum. (cf SM 80, 54 mit Korrekturen nach der Hs). Es entspann sich ein ziemlicher Rattenschwanz von Kontroversschriften, die bisher in der Meichelbeckliteratur noch gar nicht beachtet wurden, (obwohl mehrere Traktate gedruckt vorliegen) wohl wegen der Pseudonymen sowohl Meichelbecks wie seines Hauptgegners. Die Schrift, auf die Meichelbeck hier anspielt, ist gedruckt unter dem Titel: P. D. Georgii a S. Carolo O.S.B. Relatio super celebri Controversia inter quosdam Illustrissimos et Reverendissimos DD. Capitulares aliosque de Reverendissimo Conventu Campidonensi Romae vertente in puncto praetensae Vocis Capitularis etc ad Reverendissimum Patrem Anastasium S. Jacobi ad Lacum Vahlensem anno Christi 1719 12. Cal. Maii. Die ganze Kontroverse wird in einer eigenen Studie behandelt werden. Die nötigsten Auflösungen der Decknamen gibt Meichelbeck hier ja selbst ganz klar. Der Prozeß war an der Kurie in Rom anhängig und beim Kaiser in Wien, daher erfolgte auch die Versendung der Streitschrift dorthin.
- 3) cf H. Dussler, Zur Genealogie des P. Karl Meichelbeck von Benediktbeuern in SM 80 (1969), 21.
- 4) Fürstabt Rupert Bodmann.
- 5) Ein Schloß des Kemptner Fürstabtes, von dem jetzt nichts mehr steht.
- 6) cf Nr. 30. A 3 ff. und Nr. 33. A 3.
- 7) Sie haben also offenbar selbst keine Abschrift, geschweige denn das Exemplar Gerhohs cf Nr. 30. A 6.
- 8) In der „Instrumenten“-Beilage zur Relatio steht unter Nr. 5 ein Gutachten des gegenwärtigen Beichtvaters P. Norbertus Wernway O. S. Francisci, der seit 2 Jahren Confessarius des Fürstabtes ist, datiert vom 18. 4. 1719.

Nr. 35

M. schickt an Abt Ämilian seine Relatio über Kempten. Wenn dort wieder Ruhe herrscht, wird P. Anian von Rott Novizenmeister.
BB 7. Mai 1719 an Abt Ämilian in Rott¹

SAOM KL 102,17a f 86

D II (f. 353) 9. 5.: Scribo Rmis DD. Abbatibus Weihestephanensi, Reichenbacensi, Rottensi, Steingadensi, item P. Benedicto Frauencellensi, P. Henrico Emmerano, P. Bernardo Pezio, P. Elilando et his omnibus mitto exemplaria meae Relationis.

Quam hisce meis literis Relationem appono, facta est a me, cum nuper altera vice evocatus essem Campodunam², nolui autem palam exprimere nomen meum, ne viderer me ingessisse in hanc causam aut de ea meo examini commissa mihi gratulari. Vocavi me Georgium a S. Carolo. quia ante Professionem religiosam appellabar Georgius, deinceps S. Carolum venerari iussus. Sub Anastasii nomine potest intelligi Rmus Abbas Monasterii nostri sub patrocinio S. Anastasiae constituti. Lacus Vallensis est lacus Wahlensee, ubi Sacellum S. Jacobi visitur. caetera hoc negotium concernentia patebunt saltem superficialiter ex ipsa Relatione, cuius copiosa exemplaria Romam, Viennam et ad multa alia Germaniae loca missa iam fuere. det optimus Deus, ut haec lucubratiuncula ex confuso Actorum chaos a me, volente Principe, traducta aliquid lucis et pacis afferat rebus et turbis Campidonensibus! hae ubi Deo opitulante finem habuerint, adm. R. P. Anianus Rottensis³ omnino erit Novitiorum Magister Campidonaee. et haec sunt quae Reverendissimae Dominationi Vestrae hisce humillime exponere meque submississime commendare volui ac debui

Benedictbeuren 7. maii 1719.

P. Carolus Meichelbeck BBuranus

1) cf Nr. 6. A 1.

2) cf Nr. 34. A 2.

3) P. Anian Mittner, geb. in Rosenheim 6. 7. 1669, Profeß in Rott 1691, Priester 1697, Novizenmeister im Communnoviziat 1705–1712, verschiedentlich Prior, gest. 25. 9. 1747. Eine längere Notiz über sein Leben und Wirken findet sich in den Annales CBB zum Jahre 1747. cf auch Nr. 69.

Nr. 36

M. dankt für die günstige Beurteilung der Relatio Campidonensis, aber in Rom steht die Sache für den Fürstabt nicht zum besten. Alte Hss gibt es in Kempten und Ottobeuren nicht, eher in Füssen, die jedoch nicht zu haben sind. P. Ludwig Babenstuber soll die Vita S. Magni schreiben. Die Gerhoh-Hs wird Pez im Juli bekommen, vielleicht auch einen Brief aus Paris.

BB 6. Juni 1719

an P. Bernhard Pez

Melk f. 710/1 XIV

D II (f. 354v) 6. 6.: Scribo P. Pezio, P. Elilando et Reverendissimo Rottensi.

Tuum de labore meo Bogheciano¹ iudicium benignius est quam ego mereri potui. interim utique tibi persuadebis me Campidonam fuisse vocatum re non iam integra. Si integra fuisset, facile rixas praevenisset Celsissimus, uti non semel mihi affirmare dignatus est, auditis iis quae ego illi exposui. Exspectamus modo, quid Roma sit iudicatura de Relatione mea; habeo ego quidem recentes ex Urbe literas ubi nonnemo lecto illo opusculo haec scribit: ora possiamo dire, che siamo quasi nel principio della battaglia. at vero dolendum est optimum Principem nigerrimis carbonibus absque suo merito depictum in Aula Romana, nonnisi pauculos ibi habere Patronos eosque ipsos nonnisi admodum tepidos. Id ego secretioribus Dei iudiciis tribuo: dum illud saltem solatii persentio, quod dante Divino Numine convicerim Principem, optabilius esse, ut causâ cadat quam ut victoriam reportet quamvis sit minus gloriosum.

Campidonae frustra quaerimus antiquos Codices, uti etiam Ottoburae: omnia enim fere Mars abstulit nova et vetera. Faucenses nostri non carent eiusmodi cimeliis literariis: sed nolunt esse aliis communia, forte ne convincantur ex chartophylacio proprio, Monasterium Faucense non esse antiquissimum in Dioecesi Augustana. multum dico, cum verum dico. lautis argumentis /: ad hominem deductis :/ doctiorem loci monachum² convici, ut mihi nonnisi ridicula quaedam potuerit reponere. audio quod Historiam S. Magni obtulerint scribendam P. Ludovico Ettalensi³. itaque exspecto avidissime, quid Vir ille eruturus sit ex Faucensi illo Pseudo-Theodoro⁴, cuius exemplum apud me vidisti aut videre potuisti. ex quo nihil certi discimus, quam quod verum scripsit Mabillonius, dum Theodorum, Vitae S. Magni scriptorem, Pseudo-Theodorum appellavit⁵.

Institor ille noster Hueberus⁶ Superis annuentibus circa finem mensis Julii redibit in Austriam Tibique apportabit opus de aedificio Dei⁷. adiiciam fortassis memorabilem quandam epistolam, quam praecipuus quidam Canonicus Regularis nuper Parisiis dedit ad alium quendam vicinum Canonicum Regularem hominem sagacissimum⁸, qui mente candida omnia vult mecum habere communia. Vale interea, Vir Clarissime, et radiis tuae singularis eruditionis orbem illustrare perge.

BB 6. Junii 1719

studiosissimus Carolus

- 1) cf Nr. 34. A 2 — M. zeigt sich hier genau unterrichtet über den Stand der Verhandlungen in Rom, wo die Gegner des Fürstabtes, durch den früheren Luzerner Nuntius einseitig informiert, die Oberhand hatten.
- 2) Der Name war nicht festzustellen.
- 3) cf Nr. 17. A 22. Das Werk: St. Magnus Algoiorum apostolus, Germanorum communis auxiliator, antiquissimi coenobii Benedictini ad Fauces Julias auctor et primus abbas erschien erst 1721 in Tegernsee.
- 4) Hier spielt M. sicher an auf Clm 1087 (alte BB Nummer 128), eine Hs mit vielen Vitae älterer Mönche, darunter auch S. Magnus (f. 190 ff.), wozu M. in der Hs vermerkt: Scriptorem vitae S. Magni Mabillonius bene vocat Pseudo-Theodorum. Offenbar hat M. diese Hs P. Pez auch gezeigt bei seinem Besuch in BB. An mehreren Stellen der Hs hat M. kritische Bemerkungen eingeschrieben.

- 5) cf Acta Sanctorum O.S.B. II, 484 sq.
- 6) cf Nr. 34 Postscriptum.
- 7) cf Nr. 34. A 6.
- 8) damit ist sicher Eusebius Amort von Polling gemeint. M. schreibt D II (f. 353^v) 22. 5: literas a D. Eusebio Polling cum literis Bibliothecarii Parisiensis ad S. Genofevam sane notabilibus. Welcher Brief ist das? v. *Dülmen* gibt einen 1. v. 31. 7. 1718, einen 2. v. 9. 1. 1719 wieder und einen 3. v. 7. 5. 1719. Durch ein Zitat, das M. zum Jahr 1719 in den Annales CBB anführt, ist eindeutig der Brief vom 9. 1. 1719 gemeint. cf auch Nr. 37. A 2.

Nr. 37

M. bedankt sich bei Eusebius Amort für die Zusendung eines Werkes und macht Mitteilungen über Arbeiten der Mauriner und des P. Pez.
 BB 25. Juni 1719 an Eusebius Amort in Polling

Clm 1405 f. 237/38

D II (f. 355^v) 23. 6.: absolvo legendo Dissertationes Pollinganas

Adm. Reverende et Religiosissime D. Fautor et amice colendissime¹

Ex dissertationibus Dominationis Vestrae abunde elucescit praeclarum foecundumque ingenium quod suo tempore pariet fructus eruditis hominibus omnino exoptabiles. ago gratias pro amica communicatione egregii opusculi² quod non sine gustu perlegi. Caeterum Romam nuper scripsi interrogans an nova aliqua inter Sacras nostras Familias disceptatio esset exorta? Responsum tuli a nostrorum quodam³, sibi ea de re prorsus nihil constare. inquisiturum se tamen accurate et siquidem aliquid rescire possit, mihi scripturum ocusus. Metropolis Salisburgensis ante aliquot menses prodiit novis typis et quidem Ratisbonensibus⁴. sperabant eruditi et nominatim Bibliothecarius Hannoveranus⁵ eam prodituram cum novis additionibus: verum quantum mihi constat nil novi accessit operi praeter novum praeli beneficium. De nostris Gallis scio eos meditari opera ingentia, de quorum aliquibus mentionem facit P. Bernardus Pezsius in Bibliotheca Congregationis S. Mauri⁶. B. Gerhohi opera omnia brevi Deo dante aspicient lucem Studio eiusdem P. Pezii. Inter illa erit praeclarissimum *opus de Aedificio Dei* cum quo an et quatenus convenient Dissertationes Dominatio Vestra ipsamet suo tempore facile dijudicabit. cogitabam ego ipse illud opus edere. sed novis in dies laboribus pene obrutus de editione desperavi eamque P. Pezio nolens volens tandem commisi⁷. commendo me in omnia Sancta impensissime et maneo Dominationi Vestrae Adm. Reverendae.

Servus devotus P. Carolus

BBeuren 25. Jun. 1719.

- 1) Es ist Eusebius Amort von Polling; der Brief ist erhalten in einer Hs aus der großen Briefsammlung des Eusebius Amort (Clm 1396–1407); davon enthalten Clm 1400 eine Reihe von Briefen von Benediktinern, Äbten und Patres, an Amort und ebenso unser Clm 1405, einige auch Clm 1407. Über Amort orientiert jetzt am besten (auch über die Literatur) *Richard v. Dülmen*, Propst

Franziskus Töpsl (1711–1796) und das Augustiner-Chorherrenstift Polling. Kallmünz 1967.

- 2) cf v. *Dülmen*, Anfänge einer geistigen Neuorientierung in Bayern zu Beginn des 18. Jahrhunderts. Eusebius Amorts Briefwechsel mit Pierre-François Le Courayer in Paris (Zeitschr. für Bayer. Landesgeschichte 26 (1963) S. 515): Brief Nr. 3: Amort an P.-F. Courayer v. 29. 10. 1718: composui interim tres dissertationes: 1. de statu clericorum renuntiantium ante undecimum, 2. de statu eorundem post undecimum, 3. de essentia, identitate ac distinctione ordinum. Davon existiert ein 1. Entwurf (CIm 1902 f. 1–27) und eine viel weitläufigere Ausführung (l. c. f. 28–101); vermutlich handelt es sich 1719 noch um den Entwurf. Diese Frage, wie auch die ganze Kontroverse sind noch zu wenig untersucht. cf auch Nr. 9. A 1 (über ein früheres Stadium der Kontroverse).
- 3) Damit dürfte wohl sicher der treue Brieffreund M.s in Rom gemeint sein, Herr Giorgio Carl, der als Schneider (vielleicht aus der BB Gegend) nach Rom ausgewandert war (cf *Mindera* in SM 80, 63). D II (f. 354) 26. 5: Scribo etiam D. Giorgio Carl et inter alia mitto eum ad S. Callistum, ut interroget de nova pugna inter Canonicos Regulares et nostros; und D (f. 355^v) 21. 6: accipio literas Roma . . . et a Georgio.
- 4) cf Nr. 27. A 4. Die neue (3.) Auflage erschien unter dem gleichen Titel Ratisbonae Typ. J. G. Hofmann 1719.
- 5) Johann v. Eckart cf Nr. 33. A 7.
- 6) cf Nr. 24. A 2. Aber Amort kannte das Werk schon; denn er erwähnt es in seinem Brief an P. Fr. le Courayer vom 29. 10. 1718 cf *van Dülmen* a.a.O. Nr. 3 (S. 517).
- 7) cf Nr. 34.

Nr. 38

M. überschickt auch an den Abt von Prüfening seine Schrift über die Kemptener Angelegenheit, er bittet dann seinerseits um Materialien für die Kongregationsgeschichte.

BB 27. Juni 1719

Abt Otto v. Prüfening¹

Metten: Prüfening Mansarde 2753 f. 443/44

D II (f. 356) 27. 6.: Literas hodie dedi ad Reverendissimos S. Emmerami, Frauenzell, Prifling, Weltenburg, Scheurn . . .

Quam hisce meis literis Relationem appono facta a me est, cum nuper evocatus essem Campidonam a Celsissimo Principe . . .² cuius copiosa exemplaria Romam et Viennam /: forte etiam Ratisbonam :/ fuere missa et alias in varias provincias dispersa. Volui nihilominus praesens exemplar Reverendissimae Amplitudini humillime offerre, ne obligationi meae viderer deesse³. utinam haec lucubratiuncula ad maturandam pacem deserviat! Et haec sunt quae praefationis loco volui exponere, dum me inclinatus ad Sacri Scapularis osculum submississime commendo.

In Monasterio B. Burano 27. Jun. 1719

Servus obsequentissimus

P. S.

Humillime rogo ut Reverendissima V. Dominatio quam cito fieri potest,

iubeat per suum domesticum Historiographum communicari necum ea, quae ab ao 1709 usque in praesens accidere notabilia et memorabilia in celeberrimo suo Monasterio Priflingensi diligentissime a me inserenda Historiae Congregationis⁴ in generalibus nostris Comitibus legi solitae: quae plane urget brevitatis temporis ad proximum Capitulum generale⁵ residui. Spero annos, menses et dies accurate expressum iri, ut omnia possint locis congruis reponi.

- 1) Abt Otto Kraft (1643—1729) cf Nr. 4. A 1.
- 2) vgl. Nr. 35; der Text ist fast gleichlautend, daher hier ausgelassen.
- 3) es ist nicht festzustellen, was für eine Verpflichtung damit gemeint sei.
- 4) es sind die Annales CBB gemeint; cf darüber SM 78 (1967) 144 ff., besonders Anm. 36.
- 5) 13. GK in Oberaltaich 22.—24. 4. 1720; dabei wurden die Annalen verlesen bis zum Jahre 1715 nach einem eigenhändigen Vermerk in dem Annalen-Autograph Meichelbecks (ASAM KL BB 125 I f. 341): Praesentes annales fuere usque huc lecti in Capitulo Generali Oberalt. a. 1720 24. April et ab hinc sunt continuandi. Auch im Protokoll dieses KG heißt es zum 22. 4: mensa regularis frequentabatur, quam continua Historiae Congr. lectio condiebat.

Nr. 39

M. überschickt die Gerhoh-Hs, berichtet über den Erfolg seiner Kemptener Relatio am Kaiserhof, benennt für Pez verschiedene benediktinische Neuerscheinungen und teilt einige Neuigkeiten aus Rom mit.
BB 30. Juli 1719 an Pez in Melk

Melk f. 712/13 XV

D II (f. 358) 29. 7.: Scribo P. Pezio et mitto opus de Aedificio Dei.

En Opus de Aedificio Dei¹ tantis votis a te merito expetitur! optat Rmus meus D. Abbas, ut cum illud publico bono exposueris Codicem sancte nobis remittas: quod utique a tua humanitate pie postulamus et omnino confidimus.

Audio Aulam Viennensem omnino capere rationes in mea Relatione Campidonensi² expositas et hinc curiam Romanam monuit Augustissimus, ut eas expendat. alioquin non defore media, quibus Causa Principis defendatur.

Video, in his nostris partibus hoc tempore e praelo eluctata esse aliqua Opera nostrorum non contemnenda: nempe novum opus Musicum P. Cajetani Andecensis³ ultra annum iam commorante in hoc nostro Monasterio. opus Asceticum P. Joannis Evang. Mallerstorffensis⁴, Historicum P. Thomae Wessofontani⁵ et aliud P. Ruperti Andecensis⁶. R. P. Elilandus noster⁷ aliud egregium opusculum asceticum vel potius precatorium typis habet paratum et solummodo praestolatur facultatem a nostro Rmo. ita sane non otiantur nostri homines.

Roma nuper iussus sum conscribere et ad Urbem mittere nomina eorum

PP. Professorum nostrae Congregationis qui eminentiam Theologiae supra Concilium quovis modo hactenus propugnarunt⁸. neque deero ego mandatis Romanis, sciens id nostro sacro ordini omnino profuturum. Pro officio S. Scholasticae nuperrime Roma accepi novas quasdam Antiphonas ad Benedictus et Magnificat cum versiculis && a S. Rituum Congregatione approbatas. illas ego misi in Tegernsee exprimendas in Directorio anni sequentis; ex quo Monasterio utique exemplaria quaedam mittet vel potius feret Mellicium Alphonsus⁹. Scribunt mihi Commentarium Erathi¹⁰ Romae fuisse proscriptum. idem mihi scribit quidam Canonicus Regularis de Apologia R. P. A. M.¹¹ Ego proxime scribam Romam certiora inquisiturus. haec inter labores meos, inter quos me impensissime commendo ac maneo
BB 30. Jul. 1719
Servus devotissimus P. Carolus

- 1) cf Nr. 30. A 3 und noch öfter, besonders Nr. 34.
- 2) cf Nr. 34. A 2.
- 3) cf Nr. 17. A 26 u. Nr. 18. Hier wird gemeint sein: Partus quintus, proferens alia XXX Offertoria. Augustae Vindel. 1719 cf SM 2, 1 (1881), 212.
- 4) P. Johannes Evang. Rottner, geb. 1667 in Seitenstetten, Profefß in Mallerdorf 1686, Professor der Theologie im Communstudium der CBB 1707–1716, dann in St. Georgenberg, gest. 26. 6. 1725. Er hat verschiedene Werke veröffentlicht, das hier gemeinte ist: Margarita coelestis seu status Religiosus asceticotheologicæ expensus. Augustae Vindel. Sumptibus Matthiae Wolf 1719. Dieses Werk führt M. auch sehr lobend an beim Jahr 1719 in den Annales CBB: opus ut summa industria ex optimis authoribus compilatum, ita omnibus religiosis utilissimum.
- 5) cf Nr. 17. A 23 u. Nr. 25. A 10; hier ist gemeint: Gloria Ss. Patris Benedicti lib. 1 Pars I u. II, beide 1718 erschienen.
- 6) P. Rupert Sutor cf Nr. 18. A 2. Der Titel konnte nicht festgestellt werden.
- 7) P. Eliland Bayr, geb. 1. 9. 1688 in Rhain/Lech, Profefß in BB 28. 10. 1708, Primiz 2. 4. 1714, Professor am Gymnasium in Salzburg 1719/21; später Novizenmeister im Communnoviziat 1729/36; dann 1. Superior der Mission im Salzburgerischen Schwarzach 1736/43, gest. 21. 6. 1749. cf LPrBB nr. 349. Ob mit dem hier genannten aszetischen Werk gemeint ist: Sicherer Reyse-Gefährte einer durch die gefaehrliche u. abwegvolle Welt-Strassen nach dem himmlischen Jerusalem wandernden Seele, das dann in 10 Bd. erschien in Salzburg 1720/21, ist doch recht fraglich, weil M. von einem opusculum spricht.
- 8) Im D II (f. 357) 26. 7. 1719 vermerkt M. nur kurz: accipio literas Roma a. P. Placido, qui . . . petit nomina nostrorum qui in favorem Papae extra Consilium (sic!). item alias a Georgio Carl. In den Annales CBB hingegen redet er beim Jahr 1719 ausführlicher: cum Galli quidam una cum Sorbonna contra Pontificiam constitutionem *Unigenitus* cristas erigerent litesque maximas Clementi XI intenderent ad futurum oecumenicum Concilium provocando ac praeterea Romae spargeretur non ita multos theologos scribere pro Clemente XI, quot alias pro aliis Pontificibus in eiusmodi eventibus palam certaverant, passim inquisitum fuit, quid in his vel aliis Ecclesiae partibus ea de re sentiretur. Inter ceteros adm. R. et Clarissimus P. Placidus Pöckh ad S. Petrum Salisburgi Professus eo tempore gravibus sui Monasterii negotiis Romae assistens iussus fuit indagare, quid Congregationis nostrae Professores circa proscriptos a Clemente XI articulos sentirent? Scripsit itaque ille die 15. Julii

P. Carolo BBurano rogavitque, ut is sibi Romam mitteret nomina illorum de Congregatione nostra, qui forsan in defensionem Infallibilitatis Pontificiae extra Concilium in publicis thesibus aut libris seu ex proposito seu incidenter scripsissent adiecta allegatione loci ubi author hanc materiam tractet et anno quo eiusmodi liber typis sit datus: imo cupiebat insuper notari sibi authores qui vel in solis manuscriptis pro Pontifice depugnassent addiditque id in ordinis honorem omnino redundaturum. Respondit statim die 4. Augusti P. Carolus et misso Catalogo eorum, qui ex nostris hactenus pro infallibilitate Pontificia stetissent, addidit pessime audire in nostro Communi studio atque Congregatione nostra Quesnellum cum asseclis neminemque PP. Professorum nostrorum non indignari huic sectae, quam Deo propitio brevi speremus operiendam velut diploide confusione sua. Gratam fuisse Romanis responsionem P. Caroli idem Clarissimus P. Placidus statim die 19. eiusdem mensis Augusti eidem Roma renunciavit addita humanissima gratiarum actione pro responsione tam celeriter expedita. Über P. Placidus Boeck cf Nr. 32. A 8. Von dem angeführten Briefwechsel ist bisher leider nichts aufgetaucht. Betr. Unigenitus cf Nr. 26. A 4.

- 9) P. Alphons Hueber v. Tegernsee cf Nr. 19. A 6.
- 10) gemeint ist Augustin Erath v. Erathsberg (1648—1719), Chorherr v. Wettenshausen, seit 1698 Propst in St. Andrä a. d. Taisen, cf v. *Dülmen* a.a.O. S. 515 A. 90; um welches Werk es sich handelt, steht auch nicht bei *Fr. H. Reusch*, Index der verbotenen Bücher II (1885), 265.
- 11) Gemeint ist sicherlich: Augustin Michl (1662—1751), Chorherr v. Indersdorf und zwar seine Confutatio infamis libri, cui temerarius titulus est: Expostulatio et Protestatio, qua reclamationem adversus Decretum Pontificium, quo centum et una Propositiones damnatae sunt, Paschasius Quesnel Presbyter Parisinus, Landshut 1719. cf v. *Dülmen* a.a.O. S. 506 A. 56 und S. 524 und 532. Augustin Michl war M. sehr gut bekannt, cf Nr. 42.

Nr. 40

M. bittet den Abt von Attl um Material aus seinem Kloster seit 1709 für die Weiterführung der Kongregationsannalen.

BB 23. Aug. 1719 an Abt Cajetan Scheyerl v. Attl¹

ASAM KL Attl 4 1/2 f. 67f.

D II (f. 359) 21. 8.: Expedio literas pro Historia Congregationis ad Rmos Abbates in Teg., Rott, Attl, Mallerst., Oberaltaich, Reichenbach, Ensdorff, Michlfeld, Weissenhohe, Thierhaubten, Andex et Wessobrunn . . . Deo sint laudes pro hoc labore peracto.

Imminent in tempus vernum anni proximi sequentis Comitia Congregationis nostrae generalia² quibus durantibus Annales³ eiusdem nostrae Congr. ad mensam legi solent ita praecipientibus constitutionibus nostris. hos ego annales hactenus produxi usque ad annum Christi 1709 uti constat ex iis, quae in nupero Capitulo⁴ generali publice lecta Weihestephanii. Ab illo anno prosequi iubeor acta nostra usque in tempus praesens, ut in novo conventu Amplissimorum Patrum nova inveniatur lectionis materia.

Constat autem quod e Suo celeberrimo ac felicissimo monasterio Attilensi Rma V. Paternitas multa per suum domesticum Historicum communicare mecum valeat, quae ibi a dicto anno 1709 contingere singulari memoria digna. Humillime itaque obtestor ut similia mihi brevi perscribi gratiose iubeantur, diligenter annotatis annis, mensibus ac diebus, ut singula suis locis recenseri valeant. Ego dante Deo non deero obligationi meae, dum pro excolenda Historia nostra ac singulariter pro gloria celeberrimi Attilensis Monasterii omnem meam quantulacumque sit, tenuitatem submississime offero ac me impensissime commendo manens sub reverenti Sacrarum manuum osculo Rmae Perillustris et Amplmae Dominationis Vestrae
In Monasterio Benedictoburano 23. Aug. 1719. obediensissimus P. Carolus

- 1) Abt Cajetan Scheyerl v. Attl, cf Nr. 19. A 5 und *Pöhlein* a.a.O. 111, A 43.
- 2) das 13. GK in Oberaltaich 22.—24. 4. 1720 cf. Nr. 38. A 5.
- 3) darüber cf SM 78 (1967), 144 ff. u. Nr. 38. A 5.
- 4) im 12. GK 26.—28. 4. 1717 und SM 78, 154.

Nr. 41

M. fordert Pez auf, alsbald seinen Thesaurus herauszugeben, gibt ihm literarische Nachrichten über Neuerscheinungen; besonders berichtet er über den Stand des Kemptener Streits in Rom und über das Freisinger Lyzeum.

BB 29. Aug. 1719

an P. Bern. Pez

Melk f. 714/15 XVI
D II (f. 359^v) 29. 8.: Scribo Pezio

Felicem agis oeconomum Bernarde, dum pro re, quam mille non venderes, quatuor tantum nummos expendis. laborem tuum improbum majori etiam lucro tuo beabunt Superi et universus literarius orbis, quem tam arcte tibi devincis, gratias et laudes perennes tibi persolvat. sed obsecro, mitte brevi, quem missurus es, in publicam lucem thesaurum tuum. Profecto a me noli exspectare quidpiam, donec propitiis Superis Medullae meae¹ imposuero finem, quod fieri tam cito non potest dum identidem alia et alia interstrepunt negotia, non domestica tantum, verum etiam extranea, quibus velim nolim manum adijcere oportet. Erhardus² edidit primum tomum operis sui, de quo tibi constat. ego illud opus nondum vidi, vidit meus Rmus, sed maluit pecunias impendere ad alia insignia opera comparanda, inter quae *Bibliotheca Maxima Conciliorum*³ &&. Sane ex hoc praeclaro opere poterimus discere, quid Concilia nova et vetera de Pontificis auctoritate sentiant! ego interim semper pluris facio Romam quam Sorbonam⁴. Multum enim Christus condixit Petro, dum eum vocavit Petram, super quam aedificaturus esset Ecclesiam Suam. de Sorbona nihil lego simile: cuius doctrina plus quam acephala est, ubi Caput Ecclesiae excutit. Propositio quam nuper expressisti, etiam mihi est falsissima, quae parentem

alium non habet quam Calvinum. In mea vero Relatione Campidonensi⁵ in hanc usque horam mihi nec minimus apex occurrit, qui veritati non consonet. potuissem longe crassiora Praetendentium atque caeterorum Sociorum facinora ex vero adducere, nisi maluissem iis ipsis, toti Sacro Ordini ac praesertim Illustrissimae Campidonaerum parcere: interim Clemens pessime informatus a defuncto Nuncio Lucernensi⁶ et ab itidem defuncto Abbate S. Galli⁷ /: quorum tamen neuter Campidonam unquam vidit /: totus ferret contra Principem. quod maximopere obstupesco, cum figmenta partis adversae sint adeo manifesta, ut piscari queant. ingens igitur nos expectatio tenet, quem tandem finem habiturum sit hoc pretiosissimum litigium? interim audio, pro Principe stare Caesarem, et stat pro eodem fortissime Illustrissimus noster Episcopus Liporitanus⁸, a me literis saepius excitatus. testantur autem plures epistolae ad me datae omni procul dubio victoriam fore penes Principem, dummodo Pontifex Sacrae Congregationi relinquat plenam in decidendo libertatem. itaque expectandum est, quid ferat September, quo mense ultimam decisionem praestolantur Campidonenses. Circa Gymnasium Frisingense ab aliquot mensibus eram valde solliciti. sed nunc tandem evanuerit curae postquam Illustrissimum Capitulum Cathedrale iustissimis postulatis nostris cessit⁹. Episcopi Frisingensis adventum praestolamur hic die 17. Septembris, cum Is redierit a Comitatu Suo Werdendfeldensi.

Vale decus ordinis et Germaniae singulare, cum suavissimo tuo Hieronymo, quibus etiam Bernardus et Gregorius noster¹⁰ omnem felicitatem ac Salutem mecum precantur. iterum vale.

dabam BB 29. Aug. 1719

Servus inutilis P. Carolus

- 1) gemeint ist die Arbeit am ABB, wovon schon oft die Rede war, cf Nr. 17. A 7; Nr. 19; Nr. 24; Nr. 26. Neuerdings A. Siegmund, Studien zum Archivum Benedictoburanum von P. Karl Meichelbeck in: Mitteilungen für Archivpflege 15 (1969), 61 ff..
- 2) Hier ist wohl sicher der erste Bd. von P. Thomas Erhard Wessofont. Gloria Ss. Protoparentis Benedicti etc gemeint, wovon M. ja schon in Nr. 17. A 23, Nr. 25. A 9 und 10, Nr. 26. 27. 39 an Pez geschrieben hatte, auffallend aber ist, daß der Autor hier nicht mit dem gewöhnlichen Namen P. Thomas genannt wird, sondern nach seinem Familiennamen Erhard(us).
- 3) Unter diesem Titel ist keine Konzilssammlung aufgeführt bei Hefele-Leclercq I 97–124; am ehesten wäre noch zu denken an die Conciliorum collectio regia maxima von Hardouin, deren Bände zwar auf 1714/15 datiert sind, deren Verkauf aber erst 1722 freigegeben wurde, auch D II (f. 359) 12. 8. 1719 nur: Rmus meo hortatu comparat Bibliothecam maximam Conciliorum...
- 4) hier ist angespielt auf die Auseinandersetzung um die Bulle Unigenitus, die vor allem von der Sorbonne bekämpft wurde, cf Nr. 26 u. Nr. 39. A 8.
- 5) cf Nr. 34. A 2.
- 6) Caracciolo di S. Martino Jacobus, Erzbischof v. Ephesus, Nuntius 10. 5. 1710 – 20. 10. 1716 cf D. Benziger, Die diplomatischen Vertreter des Hl. Stuhles in der Schweiz von 1500–1925 in: Zeitschrift f. Schweizerische Geschichte 6 (1926), 131. Er war am 17. 1. 1718 verstorben cf Eubel V, 196. Die von Benziger angegebenen Daten wären nach Eubel zu überprüfen!

- 7) Leodegar Bürgisser, cf Nr. 16. A 6; *Henggeler* bringt aber über seine Beziehungen zu Kempten nichts.
- 8) Nicolaus Maria Tedeschi, cf Nr. 12. A 14.
- 9) Es handelt sich um die Ausarbeitung des neuen Instrumentum Ereccionis Lycei Frisingensis zwischen dem Bischof, dem Domkapitel und der Confederatio verschiedener Benediktinerklöster, worüber M. ausführlich in den Annales berichtet zum Jahre 1720; er war ja selbst als Protokollführer mitbeteiligt seit den Verhandlungen ab 16. Juni 1719 in Tegernsee; dazu hatte er in den Annalen 1719 nur kurz vermerkt: Mense Junio, Julio, Augusto et Septembri in negotiis Gymnasii Frisingensis proinde fuit laboratum a Rmo DD. Praeside aliisque Abbatibus ac viris ad illud opus assumptis. Im D II (f. 355) 16. 6. 1719: Conferentia inter Abbatem Bonaventuram et me super Gymnasium Frising. Annoto omnia — res tota mihi concreditur. und (f. 355v) 22. 6: absolvo negotium mihi commissum in Tegernsee ratione Gymnasii Frising. 24. 6: Scribo Rmo Tegerns. et mitto res Frising.
- 10) cf Nr. 22. A 12 und Nr. 17. A 25.

Nr. 42

M. schickt an Abt Ämilian von Rott seine 2. Publikation in dem Kemptener Streit mit Nachrichten über Kempten.

BB 17. Aug. 1720

an Abt Ämilian in Rott

SAOM KL 102/17a f. 88

D III (f. 17v) 17. 8: item Rmo Rottensi etiam scribo, cui mitto Exemplar

Pervicere tandem Campidonenses modis variis, ut responderem Pseudo-Theophilo¹, qui primam meam Relationem Campidonensem² confutare studuit, Exemplaribus per totam Europam largissime sparsis. cessi igitur tandem; at quae in facto noviter opposuit adversarius, ego non attigi, causatus meam ignorantiam rerum alibi gestarum. audio interea Aurelium van der Waage scil. Augustinum Michl³, responsurum ad ea quae fuere obiecta in facto. opellam meam⁴ tumultuario labore intra pauculos dies congestam humiliter offero ac censurae Rmae Dominationis V. demisse sub-iicio. Campidonam proxime veniet Illustrissimus Nuncius Lucernensis⁵ ad visitationem ibi instituendam. Dent boni Superi, ut omnia peragantur in pace! certe nisi Deus pacis conciliaverit animos adeo invicem alienos, res mirabilem sortietur exitum. ego nuper Campidonam iterum invitatus excusationem modestam misi⁶ obtendendo domestica negotia, qualia reipsa habebam gravia. hoc paucis visum est commemorare. commendo me devotissime ac maneo

In Monasterio BBurano 17. Aug. 1720

Servus obligatissimus

P. Carolus Meichelbeck

- 1) Auch diese Schrift ist gedruckt unter dem Titel: Theophili a Veritate fortissima O.S.B. Relatio Apologetica super celebri controversia inter Illustrissimos et Reverendissimos DD. Capitulares Campidonenses Romae vertente

- in puncto praetensae vocis capitularis ad Reverendissimum P. Anastasium S. Jacobi ad Lacum Valensem Abbatem anno Christi 1719 6. Kal. Julii Typis Zinghi et Monaldi 1719; über den wirklichen Autor cf Nr. 43. A 4.
- 2) cf Nr. 34. A 2.
 - 3) gemeint ist die ebenfalls gedruckte Broschüre: Resolutio iuridica D. Aurelii Van der Waage super substantiali puncto controversae vocis Capitularis inter 4 Dominos praetendentes Actores . . . vertente Romae . . . Campidonae 11. Octob. Anno 1719. Ex Ducali Campidonensi Typographia. Per Joannem Mayr Anno 1720. Besonders interessant ist, daß M. als Autor nennt den Chorherrn aus Indersdorf Augustin Michl, cf Nr. 39. A 11. Dazu D III (f. 15^v) 3. 7: accipio literas Campid. cum nova compositione Aurelii pro correctione.
 - 4) P. D. Georgii a. S. Carolo O.S.B. Relatio altera super celebri controversia inter quosdam Illustrissimos et Rev. DD. Capitulares aliosque de Rmo Conventu Campidonensi . . . ad Rmum P. Anastasium S. Jacobi ad Lacum Valensem Abbatem, Anno Christi 1720 10. Julii. Typis Campidonensibus per Joannem Mayr. Wie rasch M. diese Broschüre ausarbeitete, darüber gibt das Diarium Auskunft. D III (f. 16) 10. 7: incipio describere meam compositionumculam. 11. 7: iterum totus in describendo una cum amanuensi. 12. 7: absolve tandem. mitto omnia Campod. cum literis ad Pagenium. 24. 7: scribit Pagenius de instanti impressione meae Relationis alterius. 31. 7: Campidona literas cum primo folio alterius Relationis impresso.
 - 5) Ist nach *Benziger* a.a.O. Josephus Firrao, Erzbischof von Nicea, Nuntius in Luzern 20. 10. 1716 — 15. 11. 1720.
 - 6) Auch aus dem Diarium läßt sich der Termin nicht genau feststellen. D (f. 14^v) 19. 6: accipio literas Campidona cum nuncio me rursus vocatum iri; dann wird zwar der Empfang verschiedener Briefe aus Kempten registriert, aber bei keinem direkt die erfolgte Einladung. D (f. 17) 31. 7: Campidona literas. displicet intentio Campidonensis, quod nolint acquiescere Decreto Romano. Und am 2. 8.: scripsi Campidonam, miseret me Campidonae.

Nr. 43

M. schickt an P. Pez die neue Kontroversschrift im Kemptener Streitfall; wegen dringlicher häuslicher Geschäfte konnte er eine Berufung nach Kempten nicht annehmen, ebenso nicht nach Freising, und daher muß er auch jetzt die nach Fulda ablehnen und schlägt dafür andere geeignete Mitbrüder vor. Weiter berichtet er von seiner Kontroverse über die Gründungszeit von Polling und die Kränkung des Kurfürsten durch die Jesuiten.

BB 2. Sept. 1720

an P. Bern. Pez

Melk f. 716/17¹ XVII

Ein Teil des Briefes ist auch schon von L. F. Baumann a.a.O. gedruckt (S. 35 A 42). D III (f. 18^v) 2.9.: Scribo P. Pezio et adiungo Scriptum Aurelii van der Waage.

Redditae mihi fuere suavissimae tuae quos ad me 22. elapsi mensis exarasti. Spero ego te quoque interim accepisse meas, quas die 23 eiusdem ad te scripsi² adiecta altera mea Relatione Campidonensi³. Pseudo-Theo-

philus Campidonensis /: Anselmus ibi professor⁴ ./ incidit interea etiam in stilum robustum Aurelii van der Waage nim: Augustini Michel⁵, qui hominem more suo acerbe prout quidem meretur exagitat. en tibi eius scripti exemplum! ego ante bimestre iterum invitatus eram Campidonam⁶. sed nimis laboribus domi obrutus comparere non potui. opto, ut brevi sedentur gravissimae hae lites, ne Illustrissimum Monasterium obruatur et opprimatur aere alieno aliisque gravioribus periculis fiat obnoxium.

Caeterum mi Bernarde, nolo te celare quod Celsmus Princeps Campidonensis iam superiori anno⁷ me Campidonae secum detinere voluerit oblatiis honestissimis condicionibus. debui autem ego obtendere ingentes domesticos labores. Deinde Celsissimus Princeps Frising. iam ab annis undecim⁸ postulat, ut Historiam Epicopatus Frising. conscribam et Frisingae vivam. ast in hanc diem non potui satisfacere illius imperiis ob domestica impedimenta. non repeto Romam me destinari, ubi res Congregationis nostrae id postulaverint⁹. deinde opus Historiae B. Bavaricae¹⁰ a me multi postulant. itaque facile intelliges me, utut maxime vellem exhibere obsequia mea Fuldensibus in negotio maxime tam iucundo¹¹, aliis tamen curis iudicaveris Sparta tam nobili: Eam ego e nostris nemini hodie melius concedi posse existimo quam R. P. Romano Sedlmayr S. Blasii Subpriori¹² et antehac Salisburgi Ethices et Histor. Professori qui nunc Historiam Universitatis nostrae Salisburgensis dicitur scribere, quem tu virum utique aliunde noveris. non desunt equidem hodie in Congregatione nostra viri qui mire officiantur pulcherrimis hisce studiis. verum plerique sunt iuniores, quam ut iis Fuldense opus concedi posse videatur. Tuum itaque, vir clarissime erit negotium istud porro curare, ne in manus alias quam Benedictinas devolvatur. Caeterum si P. Romano tibi non probaretur, utique ex tanto Sodalium nostrorum numero quibuscum literarum commercium habes quotidie, facile occurret tibi quem Fuldensibus commendes. quid ea de re porro mihi sis scripturus, avide exspecto. Gregorius noster¹³ in annum sequentem vocatur Salisburgum ad docendam Poesin. is una cum Bernardo nostro¹⁴ te amicissime salutatur. Annales Congregationis nostrae ego iam produxi ad annum praesentem¹⁵: quorum pars cum nuper in Comitibus nostris generalibus¹⁶ ad mensam esset lecta, in multis saluberrimam rei Historiae aestimationem excitavit.

Interea inter Rmum D. Praepositum Pollinganum¹⁷ et me hoc tempore privatis literis agitur amica controversia de fundatione celeberrimi monasterii Pollingani. die 29. elapsi mensis accepi novum responsum idque duplex, unum ab ipso D. Praeposito, alterum a. D. Eusebio¹⁸. mire torquentur Diplomate Cremifanensi¹⁹ de quo alias. nec minus exagitantur aetate Thassilonis, quem ego nego potuisse venari ao. 750. Quaeunt Pollingani lepidissima effugia, quae a nemine mallet legi quam a Te, vir eruditissime. Eusebius tamen videtur palam cedere velle cederetque absque dubio, nisi Wessofontani identidem animum adderent. heri iterum scripsi Pollingensibus et praeclusis novis effugiis argumenta argumentis cumulavi Wessofontanorum monumenta a P. Corbiniano Khamm²⁰ pro-

posita, valide ut spero concutiendo. ipsemet cum ingenti aviditate exspecto finem huius literariae rixae, quae rebus nostris videtur allatura magnam lucem.

In Historia Leopoldi Magni gravissime offensam esse Domum Bavariacam a Patribus Societatis²¹ facile mihi credas. Scripsit Sermus Elector Rmo D. Praeposito Generali Sociorum et satisfactionem petiit. habeo spem consequendi apographum fortissimae ut audio epistolae²². eam si consecutus fuero, tecum communicabo. Vale Bernarde cum tuo Hieronymo et res ordinis ac me habe tibi quam commendatissimas. haec ego propre
2. Sept. 1720. Paternitatis tuae servus ex animo devotissimus P. Carolus

PS. Salutem plurimam a meo Rmo D. Abbate, qui unice exoptat ne Scriptio Fuldensis deveniat in manus Patrum Sociorum. obsecro numquid ea res habet seu patitur dilationem.

- 1) Der obere Rand ist beschnitten; daher ist nur ein Rest der Anrede erhalten.
- 2) D III (f. 18) 23. 8: Scribo etiam P. Bernardo Pezio, cui Relationem alteram; dieser Brief ist leider nicht erhalten.
- 3) cf Nr. 42. A 4.
- 4) cf Nr. 42. A 1; hier aber besonders wertvoll der Name des Autors: es ist P. Anselm Freiherr v. Reichlin-Meldegg, der Oppositionsführer in Kempten, der dann schließlich am 3. 9. 1723 zum Koadjutor Bodmanns gewählt wurde; geb. 21. 7. 1679, Profeß in Kempten 20. 9. 1700, 1704 zum Priester geweiht, 1707 Novizenmeister und dann Philosophieprofessor im Stift, führte 1717 den Prozeß in Rom gegen Bodmann, cf *Rottenkolber* a.a.O. S. 36 f. u. wiederholt, besonders S. 160 f.; dort aber werden mit keiner Silbe die Streitschriften erwähnt.
- 5) cf Nr. 42. A 3; das nim. des Textes ist aufzulösen: nimirum.
- 6) cf Nr. 42. A 6.
- 7) darüber schreibt M. in den *Annales CBB* zum Jahre 1719, wo er ausführlich über seine Reise nach Kempten (10. 4. — 1. 5. 1719) berichtet: Ipse Celsissimus (Bodmann) petiit, ut P. Carolus semper secum Campidonae maneret consiliis adhibendus et stipendio annuo pinqui donandus; ja er wollte M. sogar als seinen Anwalt nach Rom schicken oder wenigstens an den Kaiserhof nach Wien, was aber P. Karl alles ablehnte, er sei doch zu wenig eingeweiht in die ganze verworrene Geschichte.
- 8) zum erstenmal gelegentlich der *Translatio S. Nonnosi* in Freising am 9. 9. 1709, cf *Mindera*, Die Erneuerung des Domes im Jahre 1724 nach dem Tagebuch von P. K. Meichelbeck in: *Der Freisinger Dom*, Festschrift 1967, 200.
- 9) Hier spielt M. an auf den Rezeß des 12. Generalkapitels (26.—28. 4. 1717 in Weihenstephan), wo es im 13. Punkt heißt: quod si necessitas forte postularet quendam nostris Romam destinari rebus nostris invigilaturum, delecti ad id munus fuere RR. PP. Carolus BBuranus, Henricus ex S. Emmeramo (Hardter) et Paulus Tegernseensis (Schallhamer).
- 10) cf Nr. 18. A 16 u. Nr. 23. A 8.
- 11) cf *Baumann*. I. c. S. 16: „Wie sehr Bernhard Pez Meichelbeck wegen seiner Geschichtskenntnisse schätzte, bewies er 1720, indem er im Sommer dieses Jahres den Fürstabt von Fulda, der eine Geschichte seines Klosters in großem Stile plante, bestimmte, M. zur Übernahme dieser Aufgabe einzuladen, allerdings ohne Erfolg; denn M. lehnte sogar gegen den Willen seines eige-

nen Abtes diesen ehrenvollen Auftrag ab“ und weist in A. 39 auf D 26. 8. 1720 hin und A. 40 auf D 2. 9. 1720 und auf Nucleus als Belege. — Über die vorausliegenden Verhandlungen zwischen dem Fürstabt Constantin v. Fulda u. Pez vgl. *Katschthaler* a.a.O. S. 65.

- 12) P. Roman Sedlmayr, geb. 3. 2. 1677 in Mammendorf, studiert bei den Jesuiten in München, Profeß am 30. 9. 1696 in St. Blasien, 1708—1716 Philosophieprofessor in Salzburg, gestorben 17. 1. 1722. Zum 100jährigen Jubiläum der Universität Salzburg wollte er eine umfassende Geschichte schreiben, sammelte zwar ungemein viel Material, starb aber vor der Zeit. Ein ungenannter Mitbruder aus St. Blasien (mehrfach wird P. Stanislaus Wibbert dafür angegeben) brachte dann 1728 die *Historia Almae et Archiepiscopalis Universitatis Salisburgensis Bandorfii typis Joannis Bapt. Walpart* heraus.
- 13) cf Nr. 17. A 25.
- 14) cf Nr. 22. A 12.
- 15) cf SM 78, S. 155; dort freilich ist die Arbeit an den *Annales* noch im Juli 1720 nur nachgewiesen bis zum Jahr 1719 inclusive.
- 16) tatsächlich findet sich im Exemplar der *Annalen* GR 705/44 p. 512 beim Jahr 1715 der eigenhändige Eintrag M.s „NB. hic desiit lectio Annalium in Capitulo Gen. 24. April 1720“; das KG fand statt in Oberaltaich vom 22. — 24. 4. 1720.
- 17) Albert Oswald, geb. 1663 in Friedberg, 1682 Profeß in Polling, 1688 Priester, 1701—1744 Propst; cf *R. van Dülmen*, Propst Franziskus Töpsl u. das Augustiner Chorherrnstift Polling, 1967, 15 ff.
- 18) cf Nr. 37. A 1; bis jetzt ist keiner der beiden Briefe aufgetaucht.
- 19) gemeint ist der berühmte Stiftsbrief Kremsmünsters von Thassilo, cf darüber *P. Altmann Kellner*, Profeßbuch des Stiftes Kremsmünster 1968, 13 ff.
- 20) P. Corbinian Khamm, geb. 25. 1. 1645 in Zusamalthheim, Profeß in St. Ulrich u. Afra 8. 9. 1663, gest. 8. 5. 1730, gelehrter Schriftsteller, besonders berühmt durch seine *Hierarchia Augustana* 1709—1719; in *Parte III* p. 375 sqq. handelt P. Corbinian tatsächlich von der Kontroverse und bringt auch p. 379 die Meinung M.s, aber ohne seinen Namen zu nennen, selbst aber sagt er (p. 380 n. 14): *Ego me huic controversiae non intermiscens referam solummodo nonnulla. Hier sei auch vermerkt zu dem Bericht über BB (a.a.O. p. 209—223), was M. davon schreibt im D III (f. 292) 13. 1. 1717: literae a P. Corbiniano Khamm cum scriptione de nostro monasterio corrigenda. 16. 1: P. Khamm misi notabilem correctionem scripti sui de nostro monasterio, satis laboriosam; et nostri monasterii celebritatem antiquam valde notanter suggesti, maxime ratione praecedentiae in ordinationibus. correxi etiam catalogum abbatum nonnihil. Wie weit hat P. Khamm diese Verbesserungen verwertet?*
- 21) wer damit gemeint ist, konnte nicht festgestellt werden.
- 22) M. scheint aber diesen Brief noch im folgenden Jahr nicht in Händen gehabt zu haben, wenn eine Bemerkung in einem Briefkonzept (vom 7. 11. 1721 an den Cellerar in Bozen) darauf bezogen werden darf. Der P. Cellerar soll Dr. Zu Veith M. empfehlen „mit dem beysatz, daß ich den größten Fleiß angewendet, copiam literarum Serenissimi Electoris nostri ad P. Generalem Jesuitarum aufzusuchen: habe aber selbe nicht finden können. so bald aber derselbe mir soll in die Hand kommen, wirdt derselbe ihm alsogleich übersendet.“

Nr. 44

M. teilt Pez den Tod des P. Gregor Zödl mit, ferner, daß er ihm zur Veröffentlichung einen Text der *Passio et Translatio S. Anastasiae* zurechtmachen wolle; auch könne Pez mit Unterstützung aus München für seine Arbeiten rechnen. Einladung, doch zu kommen.
BB 12. Dez. 1721

an P. Pez Melk

Wien, Staatsbibl. Hss-Abt. Autogr. 36/59¹ XIX
D III (f. 54^v) 12. 12.: scribo P. Pezio

Salutem inquam Tibi, Vir clarissime, expeto, quando metuo, ne cum sinistra valetudine conflicteris cum tanto tempore nihil ad me literarum mittis. Quodsi sanus es et tamen nihil scribis, macto silentium tuum tristi nuncio tibi que significo florentissima aetate nuper die 3. huius mensis ad aeternitatem abiisse hectica hydropisi aliisque malis consumptum quem illum? num Gregorium meum? certe Gregorium nostrum². Quanto moerore me confecerit mors ista Salisburgo nobis nuntiata non est opus tibi explicare, quippe qui scias quam tenere amaverim virum studiorum meorum adiutorem et futurum, uti speraveram, in prosequendis annalibus³ Succesorem, sed aliter visum est Supremo vitae mortisque Domino, cuius iudicia oportet adorare et bonitatem infinitam pro dilectissimo Gregorio exorare.

Heus, Vir clarissime! memineris, quod aliquando⁴ tibi denegaverim libellum Gottschalci nostri, quem de Passione et Translatione S. Anastasiae conscripsit? et bene quidem id factum est quia opusculum illud edere absque notis necessariis minime consultum erat. At nunc dum video posse opusculum illud commode illustrari eiusmodi annotationibus et sic tuto prodire in publicum, cupio scire abs te, num paratus sis opusculum illud eiusmodi notis instructum alicubi inserere anecdotorum tuorum thesauro? si annuis, statim adjiciam manum operi et suo tempore illud tibi transmittam iam paratum ad typos⁵. Quid cum Frisingensi aula agitur? neque enim dubito quin literas meas 28. octobr. scriptas⁶ recte acceperis. obsecro rescribe aliquid.

De Bibliotheca Electorali, Bernarde, bene spera. primum nudius tertius Rmus D. abbas meus Monachio mihi scripsit valde probari opera tua uni ex Consiliariis intimis Electoris nostri⁷: a quo proinde viro, ut nullus dubito, omnem opem sperare licebit. Tantummodo brevi ad nos ascende, ut de eiusmodi negotiis plura possimus conferre praesentes. Interim sic labora, Vir clarissime, ut serves te tibi ac valeas in sera tempora. Commendo nos Deo et verbo gratiae ipsius
BB 12. 12. 1721 Tuus in Christo obligatissimus paratissimus Carolus

- 1) Der Brief wurde mit 45 weiteren Autographen aus der Briefsammlung der Gebrüder Pez im Oktober 1829 von Melk an die Wiener K. u. K. Hofbibliothek abgeliefert, in Melk blieben Kopien; er trägt aber noch die alte Melker Nr. „XIX“.
- 2) cf Nr. 17. A 25 und öfter.

- 3) cf SM 78, 144 ff. Daß P. Gregor Zödl als Nachfolger von M. in Aussicht genommen war, ist sonst nicht überliefert.
- 4) in den erhaltenen Briefen an Pez findet sich davon nichts, nur die Mitteilung über das Werk des Gottschalk in Nr. 25; dort ist auch in A 21 bereits von der nach Melk gesandten Abschrift die Rede. Von der Abschrift steht im D III (f. 59) 8. 3. 1722: Dominus Ludimagister descripsit mihi meum commentarium in Gotschalculum. cui l fl(orenum).
- 5) ist aber von Pez nicht veröffentlicht worden; hingegen findet sich ein Abdruck mit ausführlichem Kommentar im Chronicon BB p. 44—72.
- 6) zwar D III (f. 52) 28.10: Scripsi etiam Pezio mittendo illi titulum Mareschalli, quem mihi hodie scripsit Illustrissimus Gugler; aber der Brief ist nicht erhalten.
- 7) welcher Hofrat ist damit gemeint? D III (f. 54^v) 10. 12. nur: a Rmo literas humanas.

Nr. 45

M. gibt offensichtlich auf eine Anfrage Auskunft, wie Pez einige Codices Frisingenses bekommen kann, und besonders über die Person des Bischofs Johann Franz v. Ecker, seine geschichtlichen Kenntnisse und Sammlungen, seine geschickte Politik und Sorge für Freising, dann über das Geschlecht der Payrstorffer und daß man in BB den 1. Bd. von P. Hieronymus Pez gekauft hat.

(BB 19. Jan. 1722)

an P. Bernhard Pez¹

Melk f. 720/21 XVIII

D III (f. 56^v) 19. 1. 1722: Scribo P. Pezio

Opuscula Ratherii² et S. Gerardi³ nunquam obtinebis Frisinga nisi illuc te contuleris et Principem cum Mareschallo⁴ patronum habueris. at si veneris habebis, ne dubita, haec et alia de quibus alias. Singularia Principis et Episcopi decora si me postulas, librum postulas. ego non nisi paucula tibi sugero et cursim consarcino.

Celebrabis itaque Principis amorem et studium re antiquariae prorsus singulare et in Viro Principe nostrae aetatis plane admirandum. nam ab annis amplius triginta perlustrandis Boicis ac maxime Frisingensibus monumentis prorsus indefessam collocavit et hodieque collocat operam, non sine sumptibus ingentibus, quos in itineribus fecit. Item tantam sibi de monasteriorum et aliarum Ecclesiarum originibus, rebus, fatiis, de Nobilium Boiorum vetustate, rebus gestis, matrimoniis: de Episcoporum successionibus, actis etc. consecutus est notitiam, ut ii, quibus contingit loquentem de eiusmodi rebus Episcopum audire, satis admirari non possint. fidem pene excedit earum rerum moles, quas ipse ex ruderibus, ex vetustissimis variorum locorum Manuscriptis et Instrumentis manu propria exscripsit et pluribus Tomis complexus est⁵. Tam pium antiquitatis studium probasse videtur Deus, quando Principi dudum incognitas et non tam tumulo quam oblivione sepultas Divi Nonnosi Reliquias praeter omnem expectationem eidem

contulit, quae postea a. 1709 magnificentissime translatae in hodiernum usque diem maximas gratias dispensant in mortales, uti nemini Boiorum potest esse incognitum.

Praeclarissimus eiusdem studii effectus etiam esse censendus est Tractatus cum Serenissima Domo Bavarica ao 1718 13. Maij conclusus⁶ in maximum et aeviternum Frisingensis aliarumque Ecclesiarum bonum praeciso deinceps fere omni periculo dissidiorum, offensarum, quae eosque ab aliquot saeculis invaluerant.

Frisinga olim ob virorum literatissimorum copiam et scholarum celebritatem *Mons doctus* dicta, temporum hominumque sive iniuria sive incuria eo reciderat, ut non nisi abecedariis pueris Scholae in ea urbe paterent. Quam vero ea res Principem commoverit, quam potenter disciplinas pulcherrimas eo reduxerit, quis non videt? Superi! quantis studiis disciplinae Cleri sui Princeps invigilat! quantis sumptibus Ecclesiam Cathedralem exornat! Stupent omnes qui Frisingam veterem cum hodierna comparant. arces Episcopales in variis Bojariae partibus aut plane a fundamentis resuscitatae aut in formam longe spectabiliorem commodioremque redactae, quid nisi Principem optimum depraedicant? Clementiam in subditos, curam iuventutis, charitatem ac liberalitatem in pauperes ac maxime aegrotantes, quis digno calamo unquam exprimet? Strepebant circumquaque saevissimi belli tumultus: et tamen sub hoc Principe utriusque dissidentium Principum partis amico, sola Frisinga nescivit bellum, qua de re noster Gregorius⁷ p. m. in S. Nonnoso. Clementi XI PM quanto in pretio fuit Episcopus hic noster! quam teneris amoribus eum hodieque reveretur et prosequitur Serma domus Bavarica! Constans virorum minime assertantium atque eruditissimorum opinio est Johannem Franciscum plus praestitisse Ecclesiae Frisingensi quam ullum suorum decessorum. quibus et ego accedo non motus alia ratione quam argumentis convincentissimis.

Futurus annus Christi 1724 erit Ecclesiae Frisingensi millesimus: Sacerdotii vero ipsius Principis Epi. 50mus. itaque eo anno Frisinga celebrabit saeculum duplex.

Haec et his similia tibi utique aliunde nota excoles calamo tuo, Bernarde, cui meus libenter cedit.

Nobiles Payrstorffer⁸ nemini magis sunt noti quam eidem Celsmo Principi: nam in duobus vetustae et vetustioris Nobilitatis Boicae Catalogis, ad me iam ante decennium missis, familiam illam notavit saltem inter posteriores, qui ad hastiludia non fuerint olim admissi. caeterum etiam exstare Frisingae insignia illius familiae, Princeps mihi certo Signo adiecto significavit.

Rmus meus D. abbas ab ipso initio Novembris usque ad Festa Natalitia inter molestissima Bavaricae negotia haesit Monachii et nunc iterum ibi haeret, ubi primum 16. huius illi valedixi ac domum redii. Exhibuit mihi Tomum primum Clar. D. P. Hieronymi⁹, qui nunc versatur in bibliopegi manibus. cupit Rmus rescribere viro clarmo et gratias dicere, sed non inanes. Cursoribus autem eiusmodi literas concredere rem periculo plenam scimus. itaque res differenda est in tempus commodius. ego cum summa

voluptate pervagatus sum praestantissimum Hieronymi opus usibusque meis, si faxint Superi, opportunissimum fore deprehendi
(Rest fehlt!)

- 1) Der Brief ist unvollständig, daher fehlt am Ende auch Ort und Datum. Ein Melker Sammler hat ihn mit Nr. XVIII ungefähr richtig eingeordnet, wenn auch die Datierung auf das Jahr 1721 und die Ortsangabe: Frisingae nicht das Richtige treffen. Zwar setzt der Brief das Erscheinen des 1. Bd. von P. Hieronymus Pez voraus, also sicher erst 1721, aber die Zeitangaben über den Aufenthalt des Abtes Magnus lassen erst 1722 zu und mit Hilfe des „16. huius“ ist die Datierung auf den 19. 1. 1722 doch ganz eindeutig. D III (f. 52^v) 3. 11. 1721: Rmus gratulatur in antecessum (zum Namenstag von P. Karl am 4. 11.). abit Monachium. Dann gehen manche Briefe hin und her zwischen Abt und P. Karl, noch am 24. 12: Rmus mittit mihi P. Hieronymi Pez praeclarissimum opus. ebenso D (f. 55^v) 11. 1. 1722: cum P. Culinario et D. Praetore venio Monachium und 16. 1.: redimus domum.
- 2) Gemeint ist Bischof Ratherius v. Verona (890–974). Über ihn hatte Pez im 1721 erschienenen I. Bd. des Thesaurus Anecdotorum in der Dissertatio Isagogica p. XXVI sq bemerkt: Auf seiner Bibliotheksreise 1717 (cf Nr. 27) in Freising (6. August) vidimus Ratherii ex monacho Laubiensi Episcopi Veronensis diversa nondum edita opuscula; er zählt dann 3 Werke auf. Codex membraneus in folio est septingentorum annorum und damit ist sicherlich bezeichnet der heutige Clm 6340. Aber erst im VI. Bd. des Thesaurus (1729) bringt Pez im Codex diplomaticus historico-epistolaris p. 93–107 unter Nr. 27 5 Briefe, das Testamentum und die fundatio u. dotatio Clericorum Ecclesiae Veronensis von Rather aus dem Freisinger Codex.
- 3) Auch davon findet sich in der A 2 genannten Dissertatio Isag. l. c. folgendes: Sed in his nihil limpidiore voluptate perfudit quam Sancti Gerardi, ex Monacho s. Georgii Venetiis Episcopi Moresenae Ecclesiae et Martyris, Hungarorum Apostoli libri 3 Expositionum hymni trium puerorum ... Cod membr. manu sec. circiter XI fol. (gemeint der heutige Clm 6211). Hoc opus omnibus eruditis viris incognitum in sequentibus tomis certissime typis mandabimus. si quidem codicis copia Illustrissimorum DD. Frisingensium Canoniorum benignitate nobis obtigerit. Aber eine Ausgabe ist nicht erfolgt. Über Gerard v. Csanad (ci. 977–1046) cf *Coloman Juhász*, Gerhard d. Heilige, Bischof v. Moraschburg in SM 48 (1930), 1–35; dort auch S. 221 über das einzige erhaltene literarische Werk aus Clm 6211, das erst 1790 veröffentlicht wurde von Ignaz Batthyany.
- 4) Das war seit 1712 ein Neffe des Bischofs: Franz Sigmund Anton Eckher v. Kapfing, cf *Hubensteiner*, Die geistl. Stadt 1955, S. 283.
- 5) Über die Sammeltätigkeit und die wissenschaftlichen Arbeiten des Fürstbischofs cf *B. Hubensteiner* a.a.O., besonders S. 150 ff., wo auch die betreffenden Hss angegeben sind. Viel kürzer, aber in merkwürdigen Anklängen an unseren Brief rühmt auch Pez in der Widmung des 4. Bd. des Thesaurus (1723) den Fürstbischof.
- 6) Über diesen Rezess und seine Bedeutung cf *Hubensteiner* a.a.O., S. 79 ff.
- 7) cf. Nr. 44 und Nr. 17. A 25, wo auch der Titel des Gedichtes von P. Gregor Zödl auf den Hl. Nonnosus angegeben ist; es war bereits 1709 im Druck erschienen und beschreibt auch das Wirken von Bischof Ecker.
- 8) Lange Notizen finden sich über dieses Geschlecht in Cgm 2286 I p. 80. Dieser

Band, wie die weiteren II—V, hat ein Ex-libris Jo. Francisci Eckhers v. Kapfing Decani Frising. a. 1693 und einen Vermerk: „diese buecher haben Seine Hochfürstl. Gnaden mir undert unterschriebenen geschenkt den 5. Junii a. 1721 Joh. Mich. Wilh. Prey v. Straßkürchen“. Bedeutend kürzer sind die Notizen, die M. v. Freyberg, Sammlung historischer Schriften und Urkunden III, 2: Dr. Wiguleus Hundt's bayerischen Stammbuchs 3. Theil, S. 248 f. bringt; mit ihnen berührt sich sehr eng, was in Cgm 2298 f. 76 über die Bayrstorffer steht. Auch diese Hs hat dasselbe Exlibris wie Cgm 2286 und den Eintrag (wohl von Eckers Hand selbst): dis buech hat H. Wigileus Hundt ausgehen lassen, darinnen seine aigne handschriftt, ist das original: Hundii beschreibung der bayerischen Geschlechter so nit turniert haben. — Wie weit hängt letztere Hs mit den Catalogi zusammen, von denen M. spricht?

- 9) cf die Angabe aus dem Diarium zum 24. 12. 1721 in A. 1. Es ist der berühmte 1. Bd der *Scriptores Rerum Austriacarum* . . . Lipsiae 1721.

Nr. 46

M. bittet im Auftrag von Bischof Johann Franz den Abt von Tegernsee um Materialien im weitesten Sinn für die Bistumsgeschichte von Freising, die anlässlich des Doppeljubiläums erscheinen soll.
Freising 17. Jan. 1723 an Abt Petrus v. Tegernsee¹

SAOM KL 734/36 f. 29

D III (f. 61) 17. 4.: scripsi hodie Rmo meo, Tegernseensi et Wessofontano

Cum annus nati Servatoris nostri Millesimus Septingentesimus vicesimus quartus /: quem Superi feliciter evenire faciant /: futurus sit millesimus ab exordio Cathedralis huius Ecclesiae Frisingensis nec non quinquagesimus sive, ut vocant jubilaueus Sacerdotii Celsissimi ac Rmi S. R. J. Principis et Episcopi Fris. Joannis Francisci D. D. nostri Clementissimi, merito placuit suae Celsitudini in eundem annum 1724 decernere piam atque religiosam gratitudinem tum erga Supremum Numen, a quo bona cuncta procedunt, tum erga Divum Dioeceseos Fundatorem S. Corbinianum aliosque Successores Sanctos ac Venerabiles huius Ecclesiae Cathedralis antistites pro futuro- rum temporum memoria, publice magnificeque exhibendam. Sane, qui evenerit, ut ego, homo detritis viribus vocarer ad onus conscribendae atque ad illud tempus evulgandae Historiae Frisingensis suscipiendum, meum non est decernere aut iudicare. Interea video rem agi serio et sensim mihi e scriniis Frisingensibus exhibere, quae ad rem maxime conferre possint. Cuperet vero Celsiss. Princeps, ut etiam aliunde ac maxime ex inclyti monasterii Tegernseensis scriniis huc mitterentur ea quae possint illustrare Historiam Episcoporum et Principum Frisingensium quovis modo. qualem modum utique suppeditabunt Donationes, Ecclesiarum Dediciones, Abbatum Benedictiones, beneficia collata, contractus, Catalogi Episcoporum, epistolae et id genus alia imo, ut paucis complectar, res omnes memorabiles, ab Episcopis Frisingensibus non tantum bene, verum etiam parum bene gestae, quae hactenus nondum prodiere in lucem et adhuc inter privata tabularia fortassis delitescunt. Iussit itaque idem clementiss. Prin-

ceps, ut Rmae Dominationi Vestrae fierem supplex hisce literis, ut quidquid e praecipuo post Frisingense huius Dioeceseos chartario Tegernseensi erui in rem nostram possit, illud mecum dignetur gratiose communicare. Cedet illud totum in ingens solatium Clementissimi Principis, in honorem Rmae et Amplissimae Dominationis Vestrae celeberrimique Monasterii Tegernseensis totiusque ordinis nostri gloriam singularem. Eum in finem me commendo humillime Frisingae ex arce Episcopali 17. Apr. 1722

P. Carolus Meichelbeck Benedictoburanus m. p.

P. S.

Rmus D. D. Praeses noster³ totus est in conferendis ad rem nostram Symbolis utilissimis proprioque etiam labore conatur assistere operi nostro: id quod Celsissimum nostrum mire recreat.

- 1) Abt Petrus Guetrather v. Tegernsee, cf Nr. 26. A 8. — Das ist hier der erste von den vielen Bittbriefen, die M. nach dem Diarium in Sachen seiner Historia Frisingensis geschrieben hat. Einiges darüber bei *Mindera*, Die Erneuerung des Domes im Jahre 1724, 205 f. Ergänzend zu seinen Ausführungen aus dem Diarium, sei hier noch angefügt: D III (f. 59) 11. 3. 1722: (in München) fui apud Rmum Ettalensem, qui multa suggestit de negotio Frisingensi futuro. Seit dem 13. März wohnt dann M. beim Bischof auf dem Domberg. — M. hat in der Dissertatio sexta prolegomena Frising. I p. XXXVIII sq eine ganze Reihe von Kloostervorstehern aufgeführt, von denen er Materialien zugesandt bekommen hatte, die also sicherlich auch alle ein- oder mehrmals angeschrieben wurden. Zu dem Rundschreiben des Hochstiftsarchivars Wilhelm Prey zu diesen Bittbriefen dazu cf *Hubensteiner* a.a.O. S. 182 ff.
- 2) Abt Ildephons Hueber v. Weihenstephan cf Nr. 27. A 14 — cf D (f. 59) 12. 3: Rmus D. Praeses mihi narrat mirabilia et prorsus coincidit cum meis Consiliis.

Nr. 47

M. schreibt im gleichen Betreff einen fast ad verbum gleichlautenden Brief an den Abt von Rott.

Freising 21. April 1722

an Abt Ämilian in Rott

ASAM KL Rott 90 f. 5v/6 (Abschrift)

D¹ (f. 61v) 21. 4.: scribe Abbati Rottensi³

- 1) Da es sich jetzt immer um den 3. Bd. des Diariums handelt, unterbleibt die Bezeichnung „III“.
- 2) Der Brief ist wie Nr. 5 u. 20 in Abschrift durch P. Magnus Schmid erhalten, cf Einführung A 28 u. 30. — Das Mittelstück des Briefes, die Bitte um Archivalien aller Art für die H. Fr., ist schon von L. F. *Baumann* a.a.O. S. 39 veröffentlicht aus „München k. allg. Reichsarchiv“, worunter nur das Archivale aus Rott gemeint sein kann. Da dieser Brief aber in allen 3 Teilen der Nr. 46 inhaltlich völlig gleich ist, zumeist sogar im Wortlaut, wird hier auf den Abdruck verzichtet. In der Überschrift heißt es zwar: Clar. P. Caroli Meichelbeck

Benedictoburani ad Rmum Abbatem Aemilianum Epistola 22. April 1722 puncto Historiae Frisingensis in publicum evulgandae, aber am Schluß: Frisingae ex arce Episcopali 21. April 1722.

Nr. 48

M. gibt dem Abt v. Tegernsee die Gliederung der H. Fr. in 2 Bände bekannt und bedankt sich für das dafür genügend gelieferte Material; er verrät auch die Widerstände, die er findet, die ihn aber nicht beirren.
Freising 17. April 1722 an Abt Petrus v. Tegernsee¹

SAOM KL 734/36 f 31.

D (f. 76v) 25. 1.: scribo Rmo, P. Leonardo, Rmo Tegernseensi et Decano Raittenbuchensi ...

Frisingensis Historia ob materialium copiam dispertienda est in duos tomos, quorum primus contineat prima quinque saecula et nonnisi ad annum Christi 1224 excurrat. Quare ad praesens propositum servient solummodo prima quatuordecim puncta², quae Rma V. Amplitudo conscribi iussit atque ad me mittere dignata est. Et quoniam ea omnia, ac fortasse plura alia Historiae illi a me inserta iam fuere, non est, cur in praesens plura exquirantur, fortassis tamen suo tempore exquirentur. Causa Eberspergensis³ uti et Congregationis nostrae⁴ in primo Tomo locum habere non possunt. an in altero habere possint, vehementer dubito. fortassis tamen alibi invenient⁵.

Non desunt, qui aut moram aut nescio quam castigationem aut omissionem operis mihi iniuncti moliantur⁶. ego vero illud hominum genus non moror, sed in Dei nomine laborare ac discere pergo, sollicite curaturus, ut ea quae antiquiss. et illustriss. Monasterium Tegernseense concernunt, proponantur et caute et fundate. Celsiss. Princeps Rmam V. Dominationem humanissime salutat. ego vero me humillime commendo ac maneo

Frisingae 25. Jan. 1723

servus devotissimus obedientissimus
f. Carolus

1) cf Nr. 46 u. Nr. 26. A 8.

2) D (f. 76) 16. 1.: steht zwar nur: literas a Rmo Tegerns., nichts hingegen über die Notata, die beigelegt sein mußten. Sie sind noch erhalten und zwar sowohl im Konzept, wie in einer Reinschrift. Das Konzept umfaßt 44 Punkte: Beziehungen Tegernsees zu den Freisinger Bischöfen von 740–1686, mit vielen Korrekturen von der Hand des Abtes Petrus und Ergänzungen bis auf Bischof Johann Franz Ecker, erhalten in SAOM KL 734/36 Nr. 34; dazu auch ein Archivzettel (von P. Rupert Wilhelmseder) „R 149 Nr. 5. libri et puncta ad historiam Frisingensem pertinentia P. Carolo Meichlpöck BB /: cuius imago aeri inciso proponitur :/ a nobis communicata et restituta 1723.“ Dazu ist zu vergleichen, was Nr. 52. A 1 genauer von P. Columban vermerkt wird. Die Reinschrift ist Clm 27237, wo der Titel lautet: Notata ex Fragmentis variis Historiae Frisingensis excerpta Monasterium Tegernsee concernentia. Es sind

einige Auszüge aus Historikern, die genau angegeben werden, die meisten und längsten Notata aber stammen aus Tegernseer Traditionsbüchern; die Notata sind nicht mehr nummeriert. Am Schluß steht von P. Columban Hochstetters Hand: *Notata ex variis fragmentis Historiae Frisingensis excerpta de actis inter Episcopos Frisingenses et abbates Teg., quae R. P. Carolo Meichelbeck fuere communicata, et in Eiusdem Historia Frisingensi fere omnia iam continentur*“ dann noch genaue Archivangabe für Tegernsee: „R. 40 § 1 Ordinariat Freising betr. unterschiedliche Sachen“. Clm 27237 stammt also nicht aus Freising, wie im Catalogus vermerkt, sondern eindeutig aus Tegernsee; es dürfte aber nicht das Exemplar sein, das man an M. geschickt hat, sondern eine Zweitschrift für das eigene Archiv.

- 3) betrifft sicherlich die Aufhebung von Ebersberg und deren Vorgeschichte, worüber M. allerdings sehr kurz berichtet in H. Fr. II, 352 sq.; cf auch Nr. 28. A 5.
- 4) betrifft die Gründung der CBB 1684 und deren Vorgeschichte, worüber ebenfalls nur ganz knapp berichtet wird H. Fr. II, 414.
- 5) M. denkt hier wohl an seine geplante Geschichte der Benediktiner in Bayern, cf Nr. 18. A 16, Nr. 23. A 8; im Chronicon BB ist die Aufhebung Ebersbergs ebenfalls nur ganz kurz erwähnt p. 273, die Gründung der CBB etwas ausführlicher p. 325 sqq.
- 6) Über die Widerstände gegen die H. Fr., vor allem vonseiten der Domherren und der Chorherren von St. Andrä vgl. *Hubensteiner* a.a.O. S. 184 f. Auch W. Wühr (cf Einleitung A 7) macht auf den Widerstand des Domkapitels aufmerksam (S. 233 A 61); er bringt auch sonst mehrere Zitate aus *Diarium III*. Freilich sind diese Notizen noch nirgends systematisch gesammelt, die doch für M.s Arbeit an der H. Fr. äußerst wichtig und aufschlußreich wären.

Nr. 49

M. bittet den Propst v. Beyharting um Zusendung von Materialien, wie das auch schon andere Pröpste getan haben.

Freising 24. Febr. 1723

an Propst Georg v. Beyharting¹

SAOM HL 3/156/1 f. 11

D (f. 78) 26. 2.: Item scribo Praeposito Beyhartingano.

Ad concinnandam Frisingensium Episcoporum Historiam Celsissimus ac Rmus S. R. J. Princeps dudum a Monasteriis suae Dioeceseos petiit sibi ministrari ea, quae de eorundem Rmorum ac Celsiss. Praedecessorum suorum rebus gestis gratiisque praestitis fortassis magno numero in eiusmodi sacrorum Collegiorum scriniis delitescunt. Et sane non defuere votis Celsmi non soli Benedictini, verum etiam DD. Canonici Regulares, praesertim Raittenbuechenses, Weyarenses atque Beuerbergenses: e quibus Weyarenses praeclarum Traditionum Codicem submiserunt²; Raittenbuechensis autem et Beuerbergensis D. D. Decani cum Collegiorum suorum Documentis Frisingam sese contulerunt, clementissime in hac Episcopali Aula habitii: qui etiam omnia et singula sua Documenta secum domum revexerunt³. Optat modo sua Celsitudo, ut etiam Rma V. Dominatio eiusmodi Documenta huc transmittat, ut quae celeberrimum Beyhartinganum Collegium concernant praedictae Historiae suis locis pro promerita Beyhartingensium

gloria inseri possint. quod iussu eiusdem Celsissimi hisce humiliter insinuare meque devotissime commendare volui. Frisingae in arce Episcopali
24. Febr. 1723

Servus devotissimus paratissimus
P. Carolus Meichelbeck Benedictoburanus,
Suae Celsitud. Historiographus

- 1) Propst Georg II Mayr cf Nr. 31. A 3. Ausführlicher über ihn *Theodor Wiedemann*, Geschichte des ehemaligen Stiftes regulierter Chorherrn zu Beyharting in Deutinger Beitr. 4 (1852), 90 ff.; S. 208 f. ist auch das Antwortschreiben des Propstes vom 23. März 1723 abgedruckt; er vertröstet auf baldige Zusendung des einschlägigen Materials. In einem 2. Schreiben (18. April 1723) werden dann 4 Archivalien aufgezählt, die mit dem Brief nach Freising überschickt werden: ein Traditionskodex, die Übertragungsurkunden der Pfarreien Tuntenhausen (1221) u. Schönau (1425), ein Katalog der 33 Pröpste und eine Zusammenstellung über Beyharting aus schon gedruckten Darstellungen. a.a.O. S. 210 f. Von wem aber der einläßliche Fragebogen S. 209 stammt, — sicherlich aus Freising! — ist nicht angegeben; ein entsprechender Brief M.s ist nicht bekannt. Alle diese Archivalien liegen jetzt in SAOM KL 134, 1 (Beyharting).
- 2) hierzu aus D (f. 76) 11. 1. 23: literas ex Raittenbuech, quae fuere allatae ab ipso Scriptorum D. Gaudentio, cuius tamen adventus mihi non innotuit hodie. 12. 1: adest ipse D. Gaudentius, et portat multa documenta. haec sunt prima a Canonicis Regul. huius Dioecesis. ea examinamus, religimus. 14. 1: abit valde contentus. Veniunt longe mitiores literae ex Beuerberg, sapuere sat, ad literas meas posteriores, Deo laudes. 16. 1: adest Decanus Beuerberg. cum Documentis. 17. 1: ea expendimus. quantum ille erravit! gaudet de informatione. 18. 1: (f. 76v) eum adhuc informo. 19. 1: abit contentus. 22. 1: veniunt documenta ex Weyarn. 23. 1: item nova Documenta ex Raittenb. cum literis Decani. 25. 1: scribo Decano Raittenb., cui sua remitto.
- 3) diese Stelle zitiert auch *Hubensteiner* a.a.O. S. 261 A 201.

Nr. 50

M. bittet den Abt v. Tegernsee, daß er eine ausgeliehene Hs noch weiter behalten dürfe; er wird auch die Rede von Johannes Keck verwerten; er ersucht um eine weitere Hs; zum Generalkapitel wird er nicht kommen.
Freising 21. Mai 1723
an Abt Petrus v. Tegernsee

SAOM KL 734/36 f. 32

D (f. 82) 21. 5.: hodie Bernardus Teg. affert litteras a suo Rmo.

22. 5.: Celsmo insinuo praesentiam P. Bernardi Teg. Scribo illius abbati. is nobiscum in prandio.

Deosculor humiliter reverendissimos apices, die 19. huius ad me gratiose exaratos, felicem me semper existimaturus, si quo in genere humillima mea obsequia Revmae Dominationi Vestrae exhibere potuero. Codicem laudatum¹ hoc tempore aegerrime dimitterem, tum quia eum nondum

totum potui evolvere tum quia ad quasdam allegationes mihi adhuc sic necessarius, certe utilis erit. itaque eundem cum gratiosa venia Frisingae retineo fidelissime custodiendum atque commodiori tempore restituendum.

Oratio Joannis Kekii optime serviet ad propositum meum quam si accipero et Deus gratiam dederit, pro gloria antiquissimi Tegernseensis Monasterii ac communi eruditione diligenter inseram Frisingensi Historiae². rem etiam gratissimam praestabit Clarmus P. Bernardus³, si alium quendam codicem, de quo inter nos sermo erat ad me permissu Rmae Dominationis V. miserit. Caeterum num ego ad Comitum nostra generalia⁴ a quoquam sim evocandus, hactenus nihil mihi constat. ego certissime evocari non ambio, quia Frisingenses labores et eiusdem loci ac moderni temporis circumstantias Frisingenses attendere debeo: dum me in antiquos gratiosos favores demisse commendo

Frisingae 21. Maij 1723

servus obedientmus f. Carolus

P. S.

Literae Rmae Dominationis hac primum die mihi fuere exhibitae: ubi occasio nondum erat Celsissimo de iis faciendi mentionem. faciam tamen mox ad collationem.

- 1) Über diesen Codex findet sich in dem gleichen Faszikel KL 734/36 f. 1 ein Briefkonzept, aber nicht an M. (21. Jan. 1722): die Hs sollte nach Kempten ausgeliehen werden, daher habe man nicht früher antworten können, sie werde hiemit überschickt, solle aber dann wieder restituiert werden. Rückwärts vermerkt die Hand von P. Columban Hochstetter: fuit fideliter restitutus et dein P. Carolo BB commodato concessus, qui eum iditem (!) remisit. Aus einem Ausleihzettel (cf Nr. 52. A 1) ergibt sich der Titel der Hs: Pontifices, Imperatores, Fundationes Monasteriorum continens etc Campidona remissus; das dürfte der heutige Clm 27164 sein; den hätte dann M. freilich schon von früher her gekannt, cf Nr. 23. A 4.
- 2) Über Johann Keck handelt *Virgil Redlich* a.a.O., besonders S. 72 f. u. 117–121; er war einer der Bahnbrecher für das Geistesleben im 15. Jhrh. in Tegernsee. M. bringt H. Fr. II p. 205 sqq sehr viel über die Tätigkeit dieses Tegernseer Mönches, in der Pars altera instrumentaria unter Nr. 326 (p. 233 sq) seine Vita und Opera, unter Nr. 338 a u. b (p. 246–253) die Eröffnungsrede Kecks bei der Freisinger Synode 2. Sept. 1440, die M. hier offensichtlich im Auge hat.
- 3) P. Bernhard Schallhammer, geb. 3. Febr. 1680 in Salzburg, Profeß Tegernsee 19. Okt. 1698, Primiz 8. Juni 1704; war viele Jahre Professor im Communstudium in Weihestephan (1708/10), in Prüfening (1714/17), in Michelfeld (1717/22), in Rott (1729/32); von seinen Vorlesungen existieren noch mehrere Nachschriften neben seinen gedruckten Werken. Vom 16. Febr. 1725 bis 13. Febr. 1728 war er Prior in Tegernsee; er starb unerwartet am 21. Okt. 1732 in Salzburg. cf auch Li FSQ nr. 721.
- 4) 14. GK in Benediktbeuern 7.–9. Juni 1723; es war das einzige vom 10. bis 17. GK, an dem M. nicht teilnahm.

Nr. 51

M. fragt nach der Signatur des ausgeliehenen Dokuments aus Rott, damit es zurückgeschickt werden kann.

Freising, 9. Juli 1723 an P. Subprior Wolfgang Dullinger¹ in Rott

SAOM KL 102/17a f. 87

D (f. 84v) 9. 7.: scripsi P. Wolfg. Rottensi . .

Plurimum Reverende P. Subprior

Monitus a me Celsmus Princeps mandavit Dno Prey² ut residuum Rot-tense Documentum restituat. quid ille? ait opus esse, ut sibi significetur, quo Numero illud instrumentum sit signatum: et tunc curaturum sese, ut documentum illud inveniatur. Haec volui paucis insinuare et me ac labores meos in omnia Sancta impensissime commendare

Fris(ingae) 9. Jul. 1723 servus devotissimus P. Carolus

- 1) P. Wolfgang Dullinger ist zwar berühmt als bedeutender Haushistoriker von Rott, aber über seine Personalien ist wenig zu finden; er ist geboren in Rott 15. Febr. 1669, Profeß in Rott 1688, gest. am 13. Juli 1731 „vir rei diplomaticae, antiquariae, criticae caeterarumque praesertim historiam pertinentium apprime peritus ac non solum de suo aevo, sed de tota posteritate Rottensi praeclare meritus“, heißt es von ihm im Catalogus Literatorum Oeno-Rottensium Clm 1446 (vielleicht von P. Ildephons Ruedorfer); *M. Leitschuh*, Zur Geschichte von Rott a. Inn und der Künstlerfamilie Asam in Deut. Beitr. 23, 3 (1964), 87 gibt an, daß Bullinger (statt Dullinger) 1688 am Jesuitengymnasium in München absolvierte, als Todestag 16. 7. 1731.
- 2) es ist Johann Michael Wilhelm von Prey zu Straßkirchen, den der Bischof schon 1713 zum Hof- und Kammerrat gemacht hatte und dann noch zum Hochstiftsarchivar, sein eifrigster Mitarbeiter in den eigenen historischen Forschungen; cf *Hubensteiner* a.a.O. S. 151 ff. und H. Fr. I p. XXXVII u. Nr. 45 A 8.

Nr. 52

M. bedankt sich für die aus Tegersee überschickten Werke. Vor der bevorstehenden Visitation des Lyceums wäre ein Dankschreiben an den Bischof sehr erwünscht.

Freising 23. Juli 1723

an Abt Petrus v. Tegernsee

SAOM KL 734/36 f. 33

D (f. 85) 19. 7.: literas ab Abbate Teg. cum codice epistolarum

23. 7. : Scribo Rmo nostro et Tegerns.

Redditae mihi fuere gratiosissimae literae Rmae Amplitudinis Vestrae una cum adiuncto Codice Diplomatum atque epistolarum¹ ac opusculo viri clarmi Joannis Kekki² vestri. Ea omnia mihi super aurum et topazion sunt dulciora. Faxint Superi, ut ea in usus meos et gloriam vestram feliciter adhuc possim traducere: quod quidem quantum erit in meis viribus studiosissime curabo.

In proximam diem Lunae huius mensis Julii 26. decreta est visitatio Ly-caei nostri³. Si ante diem illam venisset ea gratiarum actio, de qua scribit

Rma Dominatio V. fuisset utique Celsissimo acceptatissima. Sane an postea eandem aestimationem habitura sit, dubito quidem, verum salvo sapientiori consilio fieret nihilominus commode, cum ita instrui possit, ut placere debeat. Commendo me humillime.

Frisingae 23. Jul. 1723

obedientissimus f. Carolus

